UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis quadraginta virginibus et martyribus. Cap[itulum]. lxxxix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

preſidis minas vt blanditias derideret: iuſſit eum colaphis cedi: deinde ipſum nodoſis fuſtibus in dorſo flagellari: ꝛ poſt hec eundem volutatum ſupra ventrem ſimiliter acrius verberibus affligi: ꝛ dum hec omnia ſuperaſſet fecit eum preſes ī craticula alligari: ꝛ ignem ſubterponi. Sed dum ſanctus gregorius oraſſet: terremotus magnus factus eſt: qui totā concuſſit ciuitatem: ꝛ cecidit pars vrbis que ſubmerita dicitur: ꝛ oppreſſit .cccl. paganorum: ignis quoqꝫ extinctus eſt: ꝛ ſanctꝰ illeſus permāſit. Flaccus ṽo ꝛ tyrcanus territi fugerunt. Sedato ṽo terremotu fecit eum flaccus ferro vinctum in carcerem trudi: vbi angelo ſibi apparente confortatꝰ eſt. Sequēti die eductꝰ de carcere iuſſu preſidis immolare contemnens cardis ferreis in genibus ceditur: deinde lampadibꝰ circa latera inflāmatur. Et cum ad omnia immobilis redderetur: mandauit flaccus tyrcano vt eum duceret ad decollandū ad amphitheatrū. Quem tyrcanus ī mediū amphitheatri duxit: vbi ſancto orante angelus domini eidem apparuit: ꝛ ipſum ad celeſtia inuitauit: quem aquilinus ſpatarius decollauit. Et de mandato tyrcani dimiſſe ſunt fere plurime: vt corpus deuorarent: que corpus intactum cuſtodientes adorabant. Flaccus ṽo eadem hora vomens interiora expirauit. Sed quedam matrona xpiana nomine abundantia .xxxv. aureis corpus martyris a tyrcano redemit: quod aromatibus conditum iuxta muros ciuitatis ad pontē lapideū ꝛ riuū qui ſanguinarius dicitur: ſepeliuit. Paſſus eſt autem die .ix. kalen. ianuarij.

¶ De ſanctis quadraginta virginibus et martyribus Cap. lxxxix.

QUadragita ſancte virgines apud antiochiā ſyrie martyrium paſſe ſunt. Que ſub perſecutione deciana ꝑ diuerſa tormenta ꝛ ſupplicia laniate paſſionis coronā a domino percipere meruerunt .ix. kalendas ianuarij. Hec in martylogio adonis.

¶ Explicit liber primus.

Incipit prologus libri ſecundi.

SEcundus liber preſentis catalogi cōtinet ſctōꝝ: quorū feſtiuitates occurrunt infra tempus in quo eccleſia repreſentat ipſius chriſti ꝛ eccleſie mutui cōſenſus obligationem ꝛ matrimoniale cōtractationem: quod fuit ab incarnatione verbi vſqꝫ ad baptiſmum domini. Et hoc tempus eccleſia deſignat a natiuitate ſaluatoris vſqꝫ ad ſeptuageſimam: quando videlicet incarnationis ꝛ natiuitatis dominice feſtum: necnon actus infantie: vt eſt circunciſio: magorum adoratio: purificatio: ꝛ in egyptum fugatio recoluntur. ¶ Hoc autem tempus in tres partes ſubdiuiſum eſt. ¶ Primo enī agitur de coniugio inter deum ꝛ populum iudeorum contracto: pro quorum ſalute principaliter filius dei venit in mundum, dicens Matthei .xv. Nō ſum miſſus niſi ad oues que perierunt domus iſrael. Et hoc tempus eccleſia repreſentat a natiuitate domini vſqꝫ ad epiphaniam. In quo tēpore ipſe per humanitatem mūdo editus mox paſtoribus iudeorum per angelos nunciatur: ꝛ ab eis ſibi notiſſimis notꝰ in iudea deꝰ viſitat. ¶ Secundo agitur de eodem commertio: inter ipſum verbum ꝛ gentium populum confirmato: a feſto epiphanie vſqꝫ ad eius octauam incluſiue. In quo tēpore dei filiꝰ magis qui erāt primitie gentium ſtella apparente reuelatur: ꝛ ab eiſdem vti verus deus cum oblatione munerum adoratur. ¶ Tertio agitur de vtroqꝫ grege in vnum ouile per ipſum matrimonium copulato: ab octaua epiphanie vſqꝫ ad ſeptuageſimā: in quo tempore epiſtole pauli leguntur: in quibus apoſtolus chriſtum pro ſalute iudeorum ꝛ gentium aduenisſe probat: ꝛ vtrunqꝫ populū ſaluaſſe cōmemorat: ꝛ potiſſime in epiſtola ad romanos. Ad huius igitur temporis feſta ꝑtractanda procedendum eſt.

¶ Finis prologi.